Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26469
Copyright: Admont, Benediktinerstift



221

et egenis distribuebat. Cuius exemplum monitis suis
plures alii ex parentela eius uel uicinis uel familia
ribus secuti. multa ex eo tempore in eius nomine.
& memoria pauperibus erogare ceperunt. & huius
facti memoria etiam usque in hodiernum diem per
seuerat. Nam semper annuo festiuitatis eius recur
su. in loco martirii eius elemosine et pauperum
receptiones fieri. & lampades ac luminaria incen
di & rimni in eius honorem. & dei gloriam celebrari
solent. Passus est autem beatissimus martir Blasius
in sebastia ciuitate. sub die tercio nonarum
februariarum sub preside agricolao. regnante domino
nostro ihesu xpo. cui est cum patre simul, cum spiritu sancto
honor, gloria in secula seculorum. AMEN.

Explicit passio sci Blasii martyris.

Incipit passio sci Marci euangeliste. A

PER IDEM TEMPUS QUO DISPERSI ERANT
apostoli in toto orbe terrarum. contigit beatissimum
marcum ad egypti regionem diuina uoluntate pertinge
re. Vnde eum euuangelistam sci canones catholici